

1.

Reg.: RBM II. pp. 1122. n. 2589

V 40^r
P 92^{ra}
C 13^r
K 203^{ra}

Inducuntur scolares, ut insudent gramatice, ut possint ad studium philosophie pervenire.

Vagientibus in cunis artis gramatice Pragensis studii scolaribus universis H. de Ytalia salutem et sapientie crebris vigiliis insudare. Quia 5 iam fere michi huius est patrie nota condicio et litterarum status precipue manifestus, dignum fore videtur et congruum, ne censeri valeam decetero penitus alienus, ut vobis, qui studentes sciencie invigilare tenemini scolasticis disciplinis, mearum frequenter mittere debeam paginas litterarum, ut per hoc saltem augmentetur noticia et per augmentum noticie 10 benivolenciam contrahamus, que melior et utilior quam ipsa noticia reputatur. Nam preter delectacionis multiplicis conmoda, que amici ex amicicia consequuntur, sciunt tamen cuncta se ipsos habere communia et, quod amplius est, adversa. Sicut vos ignorare non credo et evidentibus patet indiciis volenti perspicaciter indagare et ipsa nobis veterum insinuant 15 monimenta, felicis vite est illa beata perfecchio, per quam remotis

K 203^{rb} ignorancie tenebris et errorum deviis evitatis rerum archana latencium humanae rationis rimatur intuitus et agnitionis splendorem suscipit intellectus. Hec est illa, que informem format hominem, actus mortalium dirigit, et habenis modestie singula moderatur. Hec est illa, que dignitatis 20 sublimat in apicem, quos fortune depressit humilitas, et illos festi nitoris luce clarificat, quorum natales, quasi procul a locuzione

01 Inducuntur ... pervenire *om.* P C – ut ... pervenire: quod possent ad philosophyam pervenire sequitur epistula K – 04 H. *om.* K – insudare: insudante K – 05 est patrie: patrie est K – litterarum: litteratorum V P C – 07 alienus: alienis K – ut ... disciplinis K, *om.* V P C – 08 mearum: nostrarum K – mittere debeam: debeam nitere(!) K – 10 benivolenciam: benivolencia C – 12 tamen: etiam E – 20 festi nitoris luce: festi nitore luce P, festi moris? luce C – 21 natales: natalis P – quasi ... locuzione *om.* P C K, *adscr. supra lineam V* – procul: provie E